

Elenchus, & Summarium

prim. n. 147. Paupertas Religiosa est voluntaria abdicatio rerum temporalium, & externarum. n. 148. An Religiosus sit suorum manuscriptorum dominus. n. 149. Quales actiones sine laesione paupertatis possit exercere Religiosus? n. 150. Qualis licentia sufficiat, ut Religiosus licite utatur aliqua re temporalis. n. 151.
§. III. Religiosus ex voto castitatis tenetur abstinere ab se omni venerea delectatione, etiam aliis in statu conjugali licita. n. 152. Propter castitatem servandam à Religiosis, ordinata est clausura Regularium tam virorum, quam monialium. Per clausuram Monasterii quid intelligatur? n. 153. Qualiter monialibus sit prohibitus egressus ex Monasterio. n. 154. Qualiter, & quibus sit prohibitus ingressus in Monasteria monialium? n. 155. Ad ingrediendam clausuram monialium requiritur necessitas, & licentia superioris. n. 156. Nullas Religiosus absque licentia superioris potest egredi à clausura Monasterii. n. 158. Clausuram monasterii Religiosorum nequeunt ingredi mulieres exceptis aliquibus. n. 159.
§. IV. Religiosus ex voto obedientiae obligatur obedire in omnibus, quae Superior praecipit secundum Regulam, & Constitutiones sui Ordinis. n. 161. An Superior Regularis possit praecipere suis subditis Regularibus actus merè internos? n. 162.

QUESTIO III.

De Religiosis assumptis ad Cardinalatum, vel Episcopatum; Item de transeuntibus ad aliam Religionem; Item de Ejectis, Fugitivis, ac Apostatis.

ASSERTIO III.

§. I. Religiosus factus Cardinalis, vel Episcopus manet adhuc verus Religiosus, ac proinde votis essentialibus suae Religionis adstrictus. n. 165. & seqq.
§. II. Religiosus professus, quantum est de iure communi, potest de una Religione ad aliam transire, si requisita de iure concurrant conditiones. n. 170. & seqq.
§. III. Religiosus legitime professus potest ex ordine expelli legitima causa, quae hodie sola est incorrigibilitas. n. 175.
§. IV. Religiosi fugitivi, & Apostatae tenentur non tantum ad tria vota substantialia, sed etiam ad omnes alias constitutiones Regulares sub peccato obligantes. n. 180. Quae actiones, & officia specialiter prohibeantur Religiosis. n. 185.

QUESTIO IV.

De exemptione Regularium Mendicantium.

ASSERTIO IV.

Regulares Mendicantes, eorumque Ecclesiae, Monasteria, Oratoria, Hospitia, & Graegiae ab ordinariarum jurisdictione exempti sunt, & immediate Sedi Apostolicae subiecti, exceptis certis duntaxat casibus. n. 186.
§. I. Regulares Mendicantes exempti sunt ab Ordinariarum Jurisdictione. n. 187.
§. II. Regulares mendicantes sunt exempti à legibus Episcopalibus, & Diocesanis. n. 191.
§. III. Regulares mendicantes sunt exempti quoad funeralia, & sepulturas. n. 197.
§. IV. Regulares mendicantes exempti sunt à jurisdictione, & lege ordinariarum, exceptis certis duntaxat casibus. n. 202.

SECTIO IV.

De statu Laicali.

QUESTIO I.

De Iudice.

ASSERTIO I.

Ut Iudex suo rite fungatur officio, requiruntur in eo quatuor conditiones. n. 207.

§. I. Prima Condicio est: ut legitimam habeat iudicandi potestatem. Secunda: Ut habeat sufficientem scientiam. Tertia: Ut fervet juris Ordinem, & in iudicando se legibus conformet. Quarta: Ut latam à se sententiam constantiter exequatur. n. 208.
§. II. Quare Iudex nequit de aliquo instituere inquisitionem specialem, nisi praecedente infamia, nec aliquem torquere, nisi praecedente semiplena probatione. n. 209. & seqq.
§. III. Nec potest condemnare illum, quem certò scit criminis reum, si non per legitimas probationes reus comprobetur. n. 214. Nec potest sententiam mortis ferre in eum, quem privata n oticia certò scit Innocentem, licet secundum allega-

ta, & probata reus mortis probetur. n. 215.
§. IV. Iudex nequit remittere poenam à lege taxatam, saltem si sit Iudex inferior. n. 216. Quenam à Iudice Regulari in Iudicio Regulari observanda sint. n. 217.

QUESTIO II.

De Accusatore, & denunciatore.

ASSERTIO II.

§. I. Qui vult accusare alium de crimine aliquo debet illud legitime, & sufficienter posse probare, aliàs incurret poenam Talionis. n. 216. Qui verò judicialiter vult alicuius crimen denunciare, non tenetur quidem illud probare, sed tenetur aperire indicia, quibus Iudex ex officio ad ulteriorem inquisitionem faciendam moveri possit. ibid.
§. II. Nec tamen accusator, nec judicialiter denunciatus tenetur praemittere correctionem fraternam. n. 220.
§. III. Tunc autem est obligatio accusandi, vel judicialiter denunciandi alicquem de crimine, si vel hoc sit Reipublice, vel proximo pernitiosum, vel quis habeat Officium, vi cuius tenetur accusare, vel denunciare delinquentes. n. 221.
§. IV. Et in his casibus non accusans, vel denunciatus peccat mortaliter, in primo quidem contra Charitatem, in secundo verò contra Iustitiam. n. 222.

QUESTIO III.

De Testibus, & Advocato.

ASSERTIO III.

§. I. Ad Legitimam, & plenam in Iudicio criminis probationem ad minus duo testes omni exceptione majores requiruntur, qui externo sensu crimen perceperunt, & de eodem crimine cum iisdem circumstantiis deponunt Testimonium. n. 225.
§. II. Testis pro ferendo Testimonio potest aliquid recipere sine obligatione restitutionis. n. 227.
§. III. Advocatus ut rite suo fungatur Officio, requiruntur in eo quatuor conditiones. n. 228.
§. IV. Idem dicendum de aliis Officialibus Iudicii, nimirum Procuratore, Notario, & Secretario. n. 229.

QUESTIO VI.

De Reo.

SECTIO IV.

§. I. Reus convictus, & damnatus ad ultimum supplicium tenetur fateri suum crimen. n. 232.
§. II. Sicut etiam, si tormentis coactus denunciavit alium innocentem, tenetur sub mortali, etiam post sententiam damnationis, revocare denuntiationem falsam. n. 233.
§. III. Reus non tenetur revelare complices criminis, si omnino sint occulti, nec crimen sit exceptum. n. 234.
§. IV. Confessario cautè, & circumspèctè agendum est cum Reo. n. 235.

CAPUT III.

De Censuris, Irregularitatibus, Aliisque Pœnis Ecclesiasticis.

SECTIO I.

De Censuris in genere.

QUESTIO I.

Quid, & Quotuplex sit Censura, & quis possit ferre, seu infligere Censuram?

ASSERTIO I.

§. I. Censura est Pœna Spiritualis, & Medicinalis, per quam homini Baptizato, delinquenti, & contumaci, à Potestate Ecclesiastica aufertur usus quorundam Bonorum Spirituum externorum Ecclesiae, ad frangendam nimirum contumaciam. n. 2.

§. II.

Supplem. Theol. Moral. Decalog.

§. II. Censura essentialiter, & adquate dividitur in tres species, Excommunicationem, Suspensionem, & Interdictum. n. 3. Unde Irregularitas, cessatio à Divinis, Depositio, & Degradatio non sunt Censurae. n. 4.

§. III. Datur in Ecclesia Catholica potestas ferendi Censuras. n. 7.

§. IV. Potestas ordinaria ferendi Censuras residet in Prelatis Ecclesiasticis habentibus Jurisdictionem in foro externo non impeditam. n. 9. Potestas verò delegata ferendi Censuras competit illis omnibus, & solis, quibus commissæ fuerit ab habentibus Potestatem ordinariam, modo aliunde non sint incapaces. n. 10.

QUESTIO II.

De Subiecto, Causa, & Forma Censurae.

ASSERTIO II.

§. I. Subiectum Censurae capax debet esse. I. Homo. II. Viator. III. Baptizatus. IV. Rationis compos. V. Subditus Censurantis. VI. Peccans intra Territorium Censurantis. n. 13. Censura lata contra faciens aliquod crimen, non afficit Mandantes, vel consulentes, si hi non exprimantur, n. 14. Mandantes, & Consulentes licet exprimantur, si tamen serio revocant suum Mandatum, & Consilium, non incurrunt Censuram; aliud est de Irregularitate, & casu reservato. n. 15. Idem homo potest ligari pluribus Censuris. n. 16.
§. II. Causa, ob quam Censura gravis infligi possit, debet esse: I. peccatum mortale. n. 17. II. Externum. n. 18. III. Confusivum, & non merè praeteritum. n. 19. IV. Habens animam contumaciam, & repugnans Legi Ecclesiasticae. n. 20.
§. III. Forma Essentialis Censurae requiritur, ut verba, vel signa, in quibus Censura continetur, sint determinata quoad speciem Censurae, n. 22. Et si hæc sit ferenda sententia, requiritur, ut præcedat prævia admonitio. n. 24.
§. IV. Forma accidentalis Censurae est quadruplex. I. Denuntiatio. n. 26. II. Ut feratur in scripto. n. 27. III. Ut feratur de die. n. 28. IV. Ut non feratur die festo. n. 29.

QUESTIO III.

Quanam Causa ab incurrendis Censuris excuset?

ASSERTIO III.

Causæ à Censuris incurrendis excusantes sunt quatuor, n. 30. videlicet:
§. I. Innocentia censurati. n. 30.
§. II. Ignorantia inculpabilis. n. 35.
§. III. Metus gravis injustè incusus ad extorquendum actum. n. 40.
§. IV. Impotentia faciendi id, quod sub Censura præcipitur. n. 44.

QUESTIO IV.

De Absolutione à Censuris.

ASSERTIO IV.

§. I. Censura tolli debet per absolutionem. n. 46.
§. II. A Censura ab homine per sententiam specialem lata potest absolvi Auctor illius. n. 50. Successor, Superior, & Delegatus Actoris Censurae. n. 52. Si verò sit lata ab homine per sententiam generalem, ab eadem omnes illi absolvi possunt, qui possunt absolvi à Censura per Jus lata. n. 53.
§. III. A Censura autem Juris reservata regulariter absolvi potest is, cui est reservata, ejus in Officio successor, vel in ordinaria Jurisdictione Superior, aut ab eis ad hoc delegatus. n. 54. Si verò non fuerit reservata, ab ea potest absolvi omnium ille, qui potest absolvi à peccatis mortalibus. n. 55.
§. IV. Forma à Censuris absolvendi debet exprimi signo externo, & sensibili internæ voluntatis absolventis sufficienter expressivo. n. 58. Ad infligendum Censuras, vel ad absolvendum ab eis, non requiritur presentia localis censurandi, vel absolvendi. n. 59. Ex parte absolvendi à Censura requiruntur tres conditiones. n. 60. Sicut etiam ex parte absolventis requiruntur tres conditiones, n. 61.

SECTIO II.

De Excommunicatione.

QUESTIO I.

Quid sit Excommunicatio Major, & Minor, & Excommunicatus Toleratus, & non Toleratus.

ASSERTIO I.

§. I. Excommunicatio in genere est Censura Ecclesiastica, qua homo privatur Ecclesiastica communione fidelium. n. 64.
§. II. Excommunicatio duplex est: Major, & Minor. Excommunicatio Major est Censura Ecclesiastica, qua quis à communione fidelium simpliciter separatur. n. 65.
§. III. Excommunicatio Minor est Censura Ecclesiastica privans hominem participatione Sacramentorum. n. 66.
§. IV. Excommunicatus non toleratus, seu vitandus modò tantum est duplex, nimirum Nominatim Excommunicatus, & publicè denunciatus, atque Notorius Percussor Clerici reliqui omnes sunt tolerati, & non vitandi. n. 67.

QUESTIO II.

De Primis Quatuor Effectibus Excommunicationis Majoris.

ASSERTIO II.

§. I. Excommunicatio Major privat communibus Ecclesiae suffragiis. n. 70.
§. II. Usu Activo, & Passivo Sacramentorum. n. 74.
§. III. Divinis Officiis, & Ecclesiastica sepultura. n. 78.
§. IV. Beneficiis Ecclesiasticis, eorum proventibus, & aliis Dignitatibus. n. 84.

QUESTIO III.

De Reliquis Effectibus Excommunicationis Majoris.

ASSERTIO III.

§. I. Excommunicatio Major privat Excommunicatum Jurisdictione Ecclesiastica propriè dicta. n. 89. Si sit non toleratus. n. 90.
§. II. Item communicatione forensi, seu judiciali. n. 93.
§. III. Ac etiam communicatione fidelium politica, & Civili, exceptis quibusdam casibus. n. 97.
§. IV. Reliqui effectus excommunicationis sunt adhuc duo, n. 101.

QUESTIO IV.

De Excommunicationibus in specie, & de earum absolutione.

ASSERTIO IV.

§. I. Excommunicationes Bullæ Censæ Domini enumerantur. n. 103. Absolutio ab his excommunicationibus est soli Summo Pontifici reservata extra articulum mortis. n. 104.
§. II. Excommunicationes Papæ reservatae extra Bullam Censæ referuntur. n. 108. Ab his occultis possunt absolvi Episcopi. n. 109. Ac etiam Confessarii Regulares Ordinum Mendicantium possunt extra Italiam absolvi sæculares. n. 110.
§. III. Excommunicatio Canonis ob percussorem Clerici, & reliquæ excommunicationes explanantur. n. 112. & seqq.
§. IV. potestas Prælatorum Regularium respective ad suos subditos quoad absolutionem ab excommunicationibus. n. 117. & seqq. Regulares Prælati possunt absolvi suos subditos ab omnibus casibus, à quibus possunt Episcopi de Jure suo. ib. & probabiliter etiam à casibus Bullæ Censæ occultis. n. 119.

SECTIO III.

De Suspensione, & Interdicto.

QUESTIO I.

Quid sit Suspendio, & Quotuplex.

ASSERTIO I.

§. I. Suspendio est censura Ecclesiastica qua Clericus privatur usu potestatis Ecclesiasticae sibi competentis, aut ratione Ordinis sui Clericalis, aut ratione beneficii; n. 122.
§. II. Estque triplex; una ab Officio tantum, altera à Beneficio tantum, tertia ab utroque. n. 123.
§. III. Subiectum Suspensionis sunt clerici, quicumque tamen, & quacunque dignitate fulgentes; etiam Episcopi, si de his in Decreto Suspensionem continente fiat expressa mentio. n. 124.
§. IV.

Elenchus, & Summ. Supplem. Theol. Moral. Decalog.

§. IV. Suspensiones in specie enumerantur. num. 125.

QUÆSTIO II.

- De effectibus Suspensionis, & eiusdem absolute. §. I. Suspendio ab Officio absolute, & simpliciter lata privat omni usu Ordinis, & Jurisdictionis, non tamen beneficio habito, neque fructibus; bene verò novo beneficio obtinendo. n. 128. Sic etiam simpliciter, & absolute suspendus ab Ordine censetur esse suspendus ab omni Ordine, & suspendus ab inferiori Ordine censetur etiam suspendus a Superiori Ordine, non è contra. n. 129. §. II. Similiter suspendio à beneficio absolute lata privat omnibus fructibus Beneficiorum, quæ suspendus possidet; non tamen ipsis Beneficiis possessis, nec reddit inhabilem ad Beneficium recipiendum. n. 130. §. III. Violans Suspensionem peccat mortaliter, & incurrit penas à Jure statutas. n. 132. §. IV. Suspendio tollitur tribus modis. n. 133. Forma absolventi à Suspensione. ibidem.

QUÆSTIO III.

Quid, & quotuplex sit Interdictum, quæ ejus causa, & subjectum?

ASSERTIO III.

- §. I. Interdictum est censura Ecclesiastica prohibens usum tam activum, quam passivum Divinorum Officiorum, certorum Sacramentorum, & sepulturæ Ecclesiasticæ. n. 135. §. II. Interdictum est triplex, nimirum Locale, Personale, & mixtum. num. 136. §. III. Causa efficiens Interdicti est omnis ille, qui jure Ordinario potest excommunicare. n. 138. §. IV. Subjectum Interdicti est quilibet fidelis præter Papam: ita tamen ut ei, qui fert interdictum, sit subjectus. Causa, seu culpa, ob quam fertur Interdictum, debet esse mortalis. num. 139.

QUÆSTIO IV.

De Effectibus Interdicti, & ejusdem absolute

ASSERTIO IV.

- Tres sunt effectus Interdicti. n. 140. §. I. Primus Interdicti effectus est privatio aliquorum Sacramentorum. n. 141. & seqq. §. II. Secundus Interdicti effectus est privatio Divinorum Officiorum. n. 146. §. III. Tertius Interdicti effectus est privatio sepulturæ Ecclesiasticæ in loco Sacro. n. 148. §. IV. Violatio, & absolutio Interdicti explicatur. n. 150.

SECTIO IV.

De Irregularitate, & ceteris pœnis Ecclesiasticis.

QUÆSTIO I.

De Irregularitatis Essentia, Divisione, Causa, & Subjecto.

ASSERTIO I.

- §. I. Irregularitas est inhabilitas Jure Canonico introducta, directe impediens Ordinum susceptionem, & usum susceptorum. n. 153. §. II. Irregularitas est duplex, nimirum ex defectu, & ex delicto. num. 155. §. III. Causa, ob quam fertur Irregularitas, subinde est defectus naturalis, subinde moralis, subinde actus licitus, subinde illicitus. n. 156. §. IV. Subjectum Irregularitatis est omnis homo capax Ordinis, & subditus juri communi. n. 157. Petes. An ignorantia invincibilis excuset ab incurrenda irregularitate? n. 158.

QUÆSTIO II.

Quor, & quibus modis tollatur Irregularitas?

ASSERTIO II.

- Irregularitas quatuor modis tolli potest: n. 159. Nimirum. §. I. Susceptione Baptismi. n. 160. §. II. Professione Religiosa. n. 161. §. III. Ablatione, seu remotione causæ. n. 162. §. IV. Dispensatione legitima. n. 163.

QUÆSTIO III.

Quis possit in Irregularitate dispensare?

ASSERTIO III.

- §. I. Summus Pontifex potest in omnibus Irregularitatibus dispensare. n. 165. Etiam Episcopi possunt dispensare in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus cum suis subditis, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum. ibidem. §. II. Idem, quod Episcopi, possunt etiam Prælati Regulares Mendicantes respectu suorum subditorum. n. 167. §. III. Confessarii Regularium Mendicantium deputati à Superioribus suis ad absolvendum à casibus reservatis, suos subditos Regulares possunt etiam absolvere à censura, & dispensare in irregularitate talibus Casibus reservatis annexa, nisi Prælati Regularis aliter se explicet, vel ex circumstantiis antecedentibus, aut consequentibus aliud colligatur. n. 169. §. IV. Confessarii Regulares Mendicantes dispensant super omnibus Irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus, super quibus possunt Episcopi. num. 170.

QUÆSTIO IV. & Ultima.

De Reliquis pœnis Ecclesiasticis, & earum Relaxatione.

ASSERTIO Ultima.

- Pœna Ecclesiastica, seu Canonica est, quæ ab Ecclesia, seu potestate Ecclesiastica, per Canones, vel secundum Canones infligitur. n. 172. §. I. Estque septuplex; Prima est Censura; Secunda est irregularitas; Tertia est inhabilitas ad Beneficia, Dignitates, & Officia Ecclesiastica; Quarta est privatio Beneficii, Dignitatis, & Officii Ecclesiastici. n. 172. §. II. Quinta Pœna Ecclesiastica est Depositio. Sexta est Degradatio. n. 173. §. III. Septima pœna Ecclesiastica est Cessatio à Divinis. n. 174. §. IV. Quis in his pœnis dispensare, vel eas tollere possit, tam respectu sæcularium, quàm respectu regularium, explanatur. n. 175. & 176.

APPENDIX.

De Virtutibus Cardinalibus, & Vitiis Oppositis.

- §. I. Virtus, & Vitium generatim explicantur. num. 177. & seqq. §. II. Prudentia, & vitia eidem opposita enumerantur, & explanantur. n. 182. & seqq. §. III. Temperantia, & vitia opposita recensentur, & enunci- antur. n. 186. & seqq. §. IV. Fortitudo, & vitia opposita explicantur n. 191. de Jus- titia Remissivè. num. 195.


COROLLARIUM.

De Reliquis Virtutibus Justitiæ annexis.

- §. I. De Pietate, & observantia num. 196. §. II. De Obedientia, & Innobedientia. n. 200. §. III. De Gratitude, & veritate. n. 204. §. IV. De Affabilitate, & liberalitate. n. 208.

CORONIS.

Hujus Supplementis Decalogalis, seu Coronam Stellarum duodecim; id est duodecim prærogativæ Ordinis nostri Seraphici. n. 214.



SUPPLEMENTUM THEOLOGICÆ MORALIS

SUPER

DECALOGUM,

R. P. F. PATRITII SPORER,

Passaviensis, Ord. Frat. Min. Recollect. Provinciæ Argentinae, SS. Theol. Lectoris Jubilati.

Supplementum hoc continet in se tria Capita: Primum erit de Legibus in Genere, ac de naturali Divina, Veteri, & Nova, ac de Humana, Ecclesiastica, & Civili in Specie. Secundum Caput erit de Præceptis Particularibus, certo Hominum statui, nimirum Clericali, Religioso, & Laicali propriis. Tertium Caput erit de Censuris in Genere, ac de Excommunicatione, Suspensione, & Interdicto in Specie; sicut & de Irregularitate, cæterisque pœnis Ecclesiasticis.

CAPUT I.

DE LEGIBUS IN GENERE, ET IN SPECIE.



Uemadmodum Conscientia est Actuum Humanorum Regula Interna, ita lex est eorundem Regula Externa, cui conformari debent; ut sint moraliter boni. De hac Materia agit Philosophus Moralis: sed ad obtinendam naturalem felicitatem; de hac tractat Civillista; sed ad gubernationem Politicam, & communem Reipublicæ Sæcularis pacem; de hac disputat Canonistæ; sed in Ordine ad commune Ecclesiæ bonum in foro externo obtinendum, conservandumque; hanc denique materiam examinat Theologus; quatenus lex hominem in suis actibus tam in foro externo, quàm interno conscientie dirigit, in ordine ad finem ultimum supernaturalem, in cœlesti Patria consequendum. Sit itaque in Nomine Domini.

SECTIO I.

De Lege in Genere.

QUÆSTIO I.

Quid sit Lex, & in quo ejus Essentia consistat?

SUMMARIUM.

- 1 Lex quid Nominis? 2 Lex dicitur Jus, Constitutio, Statutum. 3 Lex quid Rei? 4 Descriptio legis explicatur. 5 Varii actus ad condendam legem concurrunt. 6 Triplex Sententia circa legis essentiam. 7 Lex essentialiter consistit in actu voluntatis, 8 Ad eam tamen prærequiritur actus intellectus, Suppl. Theol. Decalog.

- 9 Qualiter lex illuminet, & dirigat subditos. 10 Promulgatio non est de essentia legis. 11 Sed tantum conditio ad hoc, ut actu obliget. 12 Diversimodè promulgantur leges.

ASSERTIO I.

Lex est Regula Stabilis Actionum Humanarum lata communitati propter Bonum Commune ab habente Auctoritatem publicam in Communitatem, obligans ad aliquid faciendum, vel omittendum: Ejus essentia consistit in solo actu voluntatis: Promulgatio non est de ejus essentia. Ita Auctores infra citandi.

§. I. Lex quid Nominis?

Lex secundum vocis Ethymon dicitur, vel à Legendò, ut notat Isidorus l. 2. Etym. cap. 18. eò quòd leges apud Veteres, tabulis infererentur, & populo congregato legerentur; vel à Deligendo secundum Ciceronem lib. 1. de leg. & S. Augustinum, q. 15. Novi testam. dicentem: Lex ab Electio- ne dicta est, ut è multis, quod eligas, sumas; vel à ligando, ut vult Doctor Angelicus 1. 2. q. 90. art. 1. & Doctor Subtilis 4. dist. 15. q. 2. quia lex ligat, & obligat ad aliquid faciendum, vel omittendum.

Solet etiam lex vocari Jus; quia ostendit, unicuique relinquendum, & tribuendum esse, quod suum est: Statutum quia lex debet esse stabilis, & firma; Constitutio, quia est quasi Communis Statutio. Hæc autem Nomina in eo differunt, quòd leges Supremi Principis Sæcularis dicantur Jura; Romani verò Pontificis Decreta vocentur Constitutiones; & Decreta inferiorum Principum, Civitatum, & Populorum dicantur Statuta; quamvis non raro soleant confundi, & sumi promiscuè, prout etiam in decursu fiet à nobis.

§. II. Lex quid Rei?

Lex quoad rem communiter describitur, quòd sit Regula stabilis actionum humanarum lata communitati propter bonum.